



## epicharmium

APTHON. GL VI 84. 26 sqq. tetrametrum autem (*scil. trochaicum*) catalecticum, quod archilochium et epicharmium vocatur, praeter cetera illustre est, aptum festinis narrationibus: est enim et agitatum et volubile, veluti: (lyr. inc. 104 [FPL 457] Blänsdorf)

tale quale vere dulce sibilat teres donax,

item: (lyr. inc. 103 [FPL 457] Blänsdorf)

Iuppiter tremenda sancte tela qui regis manu.

FRAGM. BOB. GL VI 622. 5 sqq. tetrametrum (*scil. trochaicum*) catalecticum, quod archilochium et epicharmium et quadratum, eo quod quattuor metris constet, dicitur, cuius inventor a quibusdam Homerus traditur: (lyr. inc. 104 [FPL 457] Blänsdorf)

tale quale vere primo sibilat teres donax.

[C.C.]